Inſtitutionum Forẽ-ſium Galliæ penè totius, quæ moribus regitur, communium libri quatuor, vniuerſum iudiciorum & ciuilium & capitalium ordinem complectentes, atque nuper aucti plurimum, & accuratiſſimè recogniti per Iohannem Imbertum Rupellanum, Fõtenaienſem cauſidicum, earundem authorem.

Dupl.

Quaſi Imber ſuper herbam, & quaſi
ſtillæ ſuper gramina. Deut. 32.

PARISIIS.

Veneunt apud Reginaldum Chauldiere.

M.D.XXXVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

ILLVSTRISSIMIS FRATRIBVS REVERENdiſs. D. D. Iohãni à Bellaio ſacroſanctæ Romanæ ſedis Cardinali digniſſimo & Pariſienſi Epiſcopo, & D. Gulielmo à Bellaio Chriſtianiſſimi inclytiſſimique Gallorum regis cõſiliario, cubiculariòque intimo, ac eiuſdem ſummo primarióque oratori & legato Iohannes Imbertus S.

PLATO ille Academicæ philoſophiæ princeps, fratres ampliſſimi ac generoſiſſimi, præclare adeò multa grauitérque dixit: vt ex eo, ceu perẽni fonte, inſignium ſentẽtiarum fluenta dimanarint. Quarũ quidem hanc vnã prædicare frequẽtiſſime ſolitus eſt, fœlices illas ciuitates fore, in quibus philoſophi rerum gubernaculis admouerẽtur. Hoc autem non minus verè quàm eleganter pronuntiatũ eſſe acroama, ſeculis iam multis præiudicatum eſt. Nam quum Athenienſibus Solon, Lacedæmoniis Lycurgus præfuerunt, ſecundarũ rerum affluentia eorũ ciuitates potitæ ſunt. Imperium itidem Romanum quandiu ſummorũ virorum, ac eorum quidem philoſophorum arbitrio fuit adminiſtratũ, ſtetit florentiſſimum. Licet præterea in omni rep. (cuius ſane memoria ad nos peruenerit) idem quoque intueri. Sed cum veteri bene moratæ illi philoſophiæ, alterius longe tum verioris, tum præſtãtioris philoſophiæ facta ſit acceſſio, ex vtroque literarũ diuinarum inſtrumento, quanto reſp. fœlicior eſt exiſtimanda, in qua viri vtraque philoſophia præditi primos ducunt ordines? Vix enim poteſt accidere vt quippiam ab illis minus recte aptéque exeat: quippe cum mentis ſuæ agitationẽ, nedum actionem, vtriuſque philoſophiæ amuſſi conforment. Proinde cum his partim illuſtriores magiſtratus princeps noſter committat, partim hos ad ſublimiores põtificatus prouehendos, gratia & deſtinationis ſuæ prærogatiua iandudũ curet, cernere eſt remp. noſtrã magis atque magis in dies augeri, fieríque ſplẽdidiorẽ: eóque præſertim ꝙ familiari eorũ philoſophorũ conſuetudine etiam vtatur. Nã etſi principi noſtro à natura inſita ſit ſumma ſapientia, prudẽtia, morũmq; integritas, nulláque alia aſcititia optimi principis

Iohãnis Imberti Ru-

PELLANI, FONTENAIENSISQVE cauſarũ patroni, Inſtitutionũ forenſiũ Lib. I.

QVONIAM de iudiciis diſputatio omnis futura eſt, antè definiẽdum arbitror quid ſit iudiciũ. In quo ſane non omnibus definitionis legibus inſeruiendũ contenderim (id enim periculo non caret, præſertim quum de iuris ciuilis ſciẽtia tractatur) verum ea tantum afferam quæ è re propoſita eſſe videbuntur. Iudicium igitur eſt forenſis controuerſiæ diſceptatio, quæ ex actore, reo, & iudice *conſtituitur.

Iudicii definitio.

* conſtituitur. c. Forus, extra. de verbo. & rerum ſignificatione. & ſcribentes in proœ. titu. De iudic. extra.

Iudiciorum diuiſio.

Duplex autẽ eſt iudicii ratio. Nam aut ciuiliter litigamus, aut crimen perſequimur. Prætermittimus verò mixtũ ex vtraque ſpecie iudiciũ: ex ſimplicibꝰ enim quis in eo retinẽdus ſit ordo, conſtabit. Lis ergo ciuilis vel in perſonã, vel in rem, vel ad rei poſſeſſionẽ intenditur. Sed quoniã omnia prope ciuilia iudicia eodẽ ordine procedũt, ea vnica ſerie cõplectemur: ſuis tamẽ locis quibus inter ſe diſſidebũt, explanabimus. Principio in ius vocãdus eſt quicum nobis contẽtio ineũda eſt. Id autẽ fiet aut ex præſcripto iudicis mãdato, aut ſimplici ſtatoris (quẽ ſeruientem nominamus) miniſterio. In quo ſpectãda eſt fori illius conſuetudo, in quo agendum ſit. Nam alibi apparitores certis territorii ſtationibus (quas nos balliagia dicimus) deſignãtur, in quibus omnia ad eorum munus pertinentia abſque iudicis venia poſſunt gerere. Alibi vero nulla locorũ lege vel cõditione intra vtique territorii proprii (id eſt reſſortus) fines coercentur. Itaque apparitor vni deſtinatus præfecturæ, quam ſeneſchaliã ſeu bailliagiũ vocamus, in alterius ditione ſuis partibus *fungi non poteſt, data etiã à magiſtratu, qui illi ditioni præeſt, copia. Quòd ſiquid aduerſus ea fiat, omnino irritum erit, ſi modo appellatio ab eo interponatur. Atqui ad equites viatores præfecti Pariſien

De in ius vocando.

De apparitorũ ſtationibus & territorijs.

minanda ſint 134
Teſtimonijs confectis quid debeat fieri 136
Teſtimonia conſcribendi forma 133
Teſtimonia quomodo reſignāda. 141
de Teſtimonio inuitis denuntiando 131
Teſtimonia quomodo falſi accuſentur 142
ex Teſtimonio lato ſine alijs actis an in teſtem ſuper eo non vocatū poſſit ferri condemnatio, ſecundum ipſius confeſſionem 284
Teſtimoniorū reſignatione omiſſa ſi feratur ſententia, an valeat 143
è Tito Liuio exemplū de arctiore reorum cuſtodia 289
Tormētis quādo reus ſubijciēdus. 291
Tormenta ita ſunt decernenda, vt nō propterea iam habita indicia euaneſcant 292
de Tranſlatitijs exceptionibus apud nos vſitatis 99
Triplicatio apud ſupremam curiam non admittitur 122
Tutor quando in expēſas proprio nomine ſoleat condemnari 150
V
Victoris an ſit electio, vti ſolutionis præcepto, an iudicati actione 158
in Vindiciarum liticula de ſacerdotij poſſeſſione agitata, quem non poſſe cogi ad propriæ ſcripturæ agnitionem 93
Vti poſſidetis interdicti tria capita 42
Vti poſſidetis interdictum non competit pro muneribus iuriſdictionū regijs tribunalibus inferiorum, niſi ea non gratuito, ſed ex cauſa remunerationis aut matrimonij fauore fuerint collata 43
Vti poſſidetis interdictum datur pro annuis præſtationibus quæ ob fundi cauſam debentur 43
aduerſus Vti poſſidetis interdictum excipiendi forma 96
in Vti poſſidetis interdictū ſubrogatio petēda intra annū & diem. 100
Vti poſſidetis interdictum pro quibus rebus competat 100
Vtrobi interdictum qua forma apud nos proponatur 29
Vtrobi interdicto nō poteſt colonus experiri 30
Vxor non mādat executioni viri inſtrumentum pro ea parte quæ ſibi ex eo competit 21
Vxor contra virum teſtificari moribus noſtris cogitur 131

Imprimebat Robertus Stephanus Reginaldo Chauldiere Pariſiis, An. M.D.XXXVIII. XIII. CAL. AVG.

ERRATA.

Fol.	Linea.	
28	ſi hora	ea præterita
47	piam	actori
54	ſolutio:	inulta
55	quid	condemnatum
	cum	& recuſare
72	præfec.	epiſcopatibus
	neat,	recenſet
94	fide	procuratoris
135	nuo	teſtes
188	ceptum	cogere ad indicatum
191	de perpetua	ſublata appellatione executioni
	quibus	forſan non poſſit
	hanc	excluſionem eſſe irreparabilem,